

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 34. Quod Iudæi Barrabam elegerunt, & Christu[m] petiuerunt
crucifigi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](#)

LICET etiam hic expendere, infelicem horum duorum Iudicum finem & exitum ; eō quod Christum Dominum nostrum ita contē pserint. Nam etsi patientia sua, iniurias sibi illatas tolerat ac dissimulat; quoniam tamen ipse iustus est Iudex, in tempore, illos pro meritis castigat.

MEDITATIO XXXIV.

**QVOD IVDAEI BARABBAM
Christo prætulerint.**

P V N C T V M I.

CVPENS Pilatus adhuc magis, Christum à morte eripere, eō quod videret, neque ab Herode fuisse damnatum; incidit illi medium quoddam, ad id suo iudicio aptum, & fas est credere, incidisse ex inspiratione diuina.

CONSERVDO erat, ut Præses duos vinclatos aut plures, in Paschate, plebi proponeret, ut vnum ex eis eligerent, qui liber dimitteretur, Pilatus itaq; hac opportunitate usus, Christum Dominum & vnu alium illis proposuit insignē, præ alijs omnibus qui in carcere detinebantur, malefactorem, Barabbam nomine, hominem turbulentū, laronem & homicidā, qui propterea omnibus odio erat: existimans itaque Pilatus, plebem, ne scelestissimus ille homo liberaretur, Christum Dominum ele-
cturam, dixit illis, a quem vultis dimittam vobis Barabbam an Iesus vñ qui dicitur Christus.

a Matt. 27.
17.
Marc. 15. 6.
Luc. 23. 17.
Ioan. 18. 39.

I.

PERPEND hic primū: Christi Domini humilationem: qui cū tantus esset tam sanctus, tam sapiens, tantus omnium benefactor, componatur tamen cum homine infam, latrone, seditione, homicida, & publico malefactore: & cūm de re agatur tanti momenti, atq; est libertas, honor, & vita, deliberetur, uter sit alteri præferendus: & apud homines quidem dēdecori tribuitur, quod quis cum homine aliquo vili, aut conditione sibi non parat congregariatur, aut conferatur: & tamē Christus Dominus noster, confertur cum hominibus totius plebis vilissimo: vt in rebus omnibus humilitatis nobis præberet exemplum. Obone Iesus, quām iure optimo conqueri potuisse, ac dicere, quod ante dixeras per Prophetam b cui ass. m. lastis me & ad aquastū? sed video Domine, maiorem adhuc iniuriam te expectare, quia nostra superbia, maiori adhuc humiliatione est curanda.

II.

CVM populus hæreret, quē ē duobus propo-
c Mat. 27. 20 siti: sibi eligeret, c Principes Sacerdotū & se-
niiores, persuaserūt populus, vt peterent Barabā
Iesus VM verō perderet. CIRCA q considerandi
est Sacerdotum & maledictorum Seniorum
solicitudo in p̄sando populo, & ad perver-
sam suā sententiā deducendo: facile enim cre-
di potest, illos in varias partes distributos,
iam cum his, iam cū illis egisse, mala plurima
de Christo eis dicentes, q magis ipse sedicio-
sus, & homicida esset, quam Barabbas: siquidem
non ciuitatem vnam modō, sed propin-

ciā totam, & Regnum commoueret; ac periculum propterea esset, non vnum aut duos homines propterea perituros, sed totam etiam Gentem, nisi ē medio ipse tolleretur; ac propterea potius ipsum morte dignum esse, quam Barabbam; eō quod maior illo esset peccator; si quidem blasphemus, præstigiator, & Moysis legis inimicus esset. Quod totum Christus Dominus cognoscebat, eratque illi valde grave, videre falsos illos prædicatores, simplicem plebem decipere, & verum sensum ac iudicium, quod illa habebat, auferre.

PERPENDAM deniq; magno cordis mei dolore, quod Barabbas tot habeat patronos & agentes, siue negotiorum ipsius strenuos sollicitatores, qui ei fauent, eumque defendunt, & populum prensant, etiam si in causa iniustissima; nec defuerunt illi amici & cognati, qui simul cum sacerdotibus, eius causam agerent: at Christus Dominus noster, adeò solus est, atque desertus; ut nullum habeat, qui audeat vel populum, de eius innocentia informare, vel aliquid verbum, pro eo loqui; etiam si eius causa esset iustissima; iudexque ipse, ad ei farendum, valde propensus; nullum habet amicum, nullum discipulum, cognatum, aut hominem aliquem, ex plurimis, quibus plurima beneficia contulerat; qui pro eo vel verbum loqui audeat. O pauperum protector & advocate; cur nullus est, qui adeo iustam causam nam propugnet? querela tuas Domine, apud eternum Patrem tuum depone dicens, d' tibi d' psal. 9.14.

aa 3 dere-

III.

derelictus est pauper. O Pater mi, tu solus protect or es deserti huius pauperis, & orphanus eris adiutor: mitte de alto tuo cœlo aliquem qui patrocinium mei suscipiat, & in re iustitiae causam meam agat. Sed infinita tua caritas, o Saluator mi, desertionem hanc tui benitiūs admittit, ut me ab ea liberes, quia peccatis meis sum promeritus.

P V N C T V M II.

CV M Pilatus plebem vrgeret, ut unum duobus propositis eligerent, ait illi: quem vultis vobis de duobus dimitti? et clamauit autem simul vniuersa turba, dicamus.

a Matt. 27.

21.

b Luc 27.18.

tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.

I.

PERPENDENDA hic primum est, exulta Christi Domini humilitas & abiectio; si quidem hominem adeo vilem, & omnibus testandum habens in causa libertatis competitorem, reiectus ipse fuerit, & magis libertate & vita indignus iudicatus, quam Barabbas. O IESV dulcissime, nunc aduerto, quoniam vere dixeris: *c ego sum vermis, & non homo proprium hominum & abiectio plebis.* omnes enim te re ipsa abiiciunt, ac vilissimum & abiectionissimum totius populi hominem tibi preferunt. O superbiam meam, quia super omnes descendere queris; cur te hoc exemplo non humilias, demittis, omnibus que postpones confunde Domine, & superbiam hanc dilecte: neque enim par est, ex nunc eam, coram tanta humilitate leuare caput.

DEIN-

c Psal. 21.7.

DE INDE perpendam, quam gruiter
errent hominum iudicia, quæ in causa adeò
clara, contra iustitiam & veritatem, & in ma-
nifestam Christi Domini iniuriam, suffragia
sua ferunt: Et quā sit potens inuidiæ odij-
que passo, ad excēdandum intellectum, &
errores intolerabiles præcipitandum: quām
item homines, sint inconstantes, facileque pa-
tiantur se decipi; siquidem qui ante paucos
dies, altis vocibus clamarunt, Christum esse
Saluatorem, & Regem Israel; nunc contra,
magnis clamoribus, eum dicunt esse Barabba
scelestiorem. Ex quo discam ego, nullam iudi-
ciorum homitium rationem ducere, aut per-
mittere ab eis me deduci, siue me laudent,
siue vituperent: & hoc exēplo Christi me con-
solabor; si quando in ijs quæ assequi cupio, et
iam iuste video, me repellit; certo mihi per-
suadens, in vita æterna quærenda, non homi-
num sed supremi Iudicis, qui ab omni pertur-
batione & fraude liber est, suffragium profu-
tum. Gratias tibi Deus æterne, quod libe-
ratatem meam, & animæ meæ salutem, non in
hominum affectibus collocaueris; nec ab adeò errantibus iudicijs, & quæ tot passioni-
bus ducuntur, eam pendere volueris. Fac me,
Domine, ita omnibus illis superiorum ut vana
illorum iudicia spernens, tui solius rationem
& curam habeam; siquidem reuera nec bonus
nec malus sum, propter ea, quæ homines de
me dixerint, sed propterea, quod sim talis co-
ram te.

DENI-

DENIQVE perpendam, quoties Deum offendendo, toties in corde meo simile peruersum iudicium huic Iudæorum iudicio tranfig. Tentatio enim, quæ me ad peccandum insagit, non aliud est, quam interrogatio; quæ mihi proponitur, vtrum pluris faciam, Chistumne an Barabbam? Deumne, an creaturam eiusne honorem, an proprium? cumque bareo ac dubito, vtrum eligere velim, accedo Dæmon, & ipsa caro, suggestionibus & mentionibus plausibilibus, ut persuadeat, Christi relinquere; & tandem cum tentationi succumbo, idem facio, atque si Barabbam eligrem, creaturam, sensuum volupatem, aut honorem inanem, cum magna Dei iniuria, & Christi eiusque excellentiae contemptu, atque insigni ingratitudine, ad tot beneficia, quæ me contulit. Ex quo merito erubescam, magis Iudæis peruersorem iudicabo; siquidem veram habens fidem, qua noui, quis Deus, & quis Christus ipse sit, ipsum tamen contemno, & abiecio pro re viliori, quam sit ipse Barabbas. O cœlestis Patris Vnigena, qui Barabbas, quod significat Filium Patris, non cœlestis, sed terreni, collatus; eius comparatione reprobus fuisti ab ijs, qui ex Patre diabolo erant, & desideria Patris sui facere volebant; ne patiar, talem me proditionem, atque hæc est, in anima mea admittere; sed concede, ut semper vivam, sicut frater tuus, & æterni tui Patris filius: reprobans quidquid tu reprobas; approbans vero, quod probas; te præ rebus omnibus

d Ioan. 8.
44.

IV.
eum of-
uerfun
anfig
ur infe-
quz me-
, Cen-
teurani
que ha-
accen-
as & en-
Christi
oni fu-
n elige-
aut ho-
uria, &
u, atque
, quan-
m, me-
quidem
Deus, &
remno,
Barab-
rabbe,
stis, sed
eproba-
ant, &
ariani,
in ani-
aperi-
atris fi-
appro-
minibus
crea-

BARABB. CHRISTO PRAEFERTVR. 381

creatiss etimans, siquidem omnibus illis in-
finitè es amabilior.

PUNCTVM III.

OEST TV PV Pilatus, cùm audiuit tur-
bam, elegisse Barabbam, a ac dixit illi:
quid igitur faciam de IESV, qui dicitur
Christus? dicunt omnes, crucifige. b Aut illis Pra-
ses, quid enim mali fecit? nullam causam mor-
tuuuenio in eo: corripiam ergo eum, & dimis-
tam. At illi instabant vocibus magnis, postulan-
tes, ut crucifigeretur.

PERPENDENDA hic primū est praes-
dispusillanimitas, qui innocentiam Christi
cognoscens, non tantum animi habuit, vt il-
lum pro officio liberaret; sed furentem tur-
bam interrogat, quid velit fieri de Christo;
constituens hac ratione, eos indices illius, quem
odio prosequebantur, & per inuidiam illum
ipſi tradidissent: quod totum, in maiorem ip-
suis Saluatoris ignominiam cessit.

DE INDE etiam perpendendum, quām
graues Christo Domino nostro fuerint voces
illar, adeo rabida, & toties repetitae, crucifige,
crucifige: quibus non quamcunque eius mor-
tem sed mortem adeò crudelē, qualis est cru-
cis, expetebant. O mundi Saluator, in quantas
angustias, mea peccata te coniecerunt? illa
enim sunt, quæ clamabant, crucifige, crucifige:
nam te cruci affixo, & ipsa simul affigentur, &
morientur in cruce; iuxta illud Apostoli,

c quis

L.

II.

quia vetus homo noster simul crucifixus est, nō destruatur corpus peccati. Ita quælo, mea peccata macta Domine, ut amplius in anima mea nō vivant, nec ultra seruam peccato: aut similis aliquando clamor, ex anima mea prodeat, d rursum crucifigens me habinet ipsi te filium Dei.

d Hebr. 6.6.

MEDITATIO XXXV.

DE CHRISTI AD COLUMNAM FLAGELLATIONE.

PUNCTVM I.

*Matt. 27.
26.
Marc 15.15.
Ioan. 19. 1.
Luc. 23. 16.*



IDENS Pilatus, pertinaciam turbæ in potendo, vt Christus crucifigeretur, ad misit illis Barabbam, & primam contra Christum sententiam tulit, vt flagellatur: quem mox militibus tradidit, vt eam sententiam statim exequuntur.

I.

PERPENDENDAE sunt primum causa, quæ Pilatum permouerunt ad hanc sententiam de Christo flagellando, quæ duæ fuerunt potissimum; ALTERA, vt videret, num forte haec flageliorum poena, turba ita emolliretur, ergo satis fieret, vt à morte Christus liberaretur, quam causam insinuauit ipse, cum ad turbas clamores petentis, vt Christus crucifigeretur,

dixit,